Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

21

sedi dicti assignat ex quodam decreto in quo legitur
quod Gregorius papa commisit quibusdam sacerdotibus
Anglie quod ungerent baptizatos in fide cum crismate/
Sed tali unctione confertur sacramentum confirmationis / quare
potest committi sacerdotibus a papa / quod conferant
sacramentum confirmationis / Et istud ultimum reputo verius

Capitulum quintum de suscipientibus confirmationem

Sacramentum confirmationis debet recipere
omnis baptizatus tam viri quam mulieres / quia
secus est de milicia secularium / et de milicia spirituali/
Quia miliciam secularem non debent mulieres sed soli
viri / quia mulieres non sunt apte ad pugnandum
corporaliter / Miliciam autem spiritualem possunt recipere omnes
indifferenter tam viri quam mulieres / quia tam
viri quam mulieres sunt apti ad pugnandum spiritua-
liter contra persecutores fidei / Sed milicia spiritualis
datur in confirmatione / quare sacramentum istud possunt
recipere omnes tam viri quam mulieres / Et hoc quod
dicit Apostolus in Christo / Jhesu neque masculus neque femina
vult dicere quod quo ad Christum non est differentia
de masculo et femina / Sed numquid pueri sunt
confirmandi / Dicendum quod sic / statim dum sciunt
proferre [illegible] formam / quia tunc sunt apti ad
confitendum fidem Christi / Et in sacramento isto datur spiritus
sanctus ad robur ut fidem Christi audacter recipiat
Sed numquid sine peccato potest aliquis omittere ne umquam
recipiat istud sacramentum confirmationis / Dicendum quod
sine isto sacramento potest quis esse salvus / quia multi non confirma-
ti salvantur / Sed si occurrat oportunitas suscipiendi